



**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula CXXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

D. Petri Duen.

Hanc regulam ponit Rochus de Curre. in d. tracta. de consueto. no. 78. vbi usque ad nu. 98. eam declarat: & a nu. 98. usque ad nu. 14. ampliat eam viij. modis. & limitat v. modis.

R E G U L A C X X X V III.

C O N S U E T U D O inducit de iure civili spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panor. quem sequuntur ibi alii Doctori. in c. si. de consuetu. nu. 11. Barto. in l. de quibus. nu. 14. & ibi Ias. nu. 41. ff. de legib. & prædicta conclusio est communis. sive consuetudo contra ius. sive præter ius: secundum prædictos docto. facit id quod habetur in l. diurna. ff. de legib. & in Rubric. C. que sit longa consuetudo. & opinionem huius regulæ dicit esse communem Syluestri Aldobrandi. in h. ex non scripto. nu. 19. Institu. de iure natu. & ius. Christophi. nu. 4. Et circa hanc regulam vide Thom. Grammatici. lxiiiij. & notab. Aymo Crauet. in tracta. de antiqui. tempora. iiiij. par. in prin. nu. 9. fol. 105. col. iiiij.

1. Limita primo, ut procedat in consuetudine propria, & vera: sicut in consuetudine facta, & intitulata, quæ momento induci possunt. Exemplum, ut si populus uno momento dicat velle obseruari per consuetudine, quod maior natus succedat, vel si id ex populi consuetudo eligatur, & sic de similibus. Ita concludit Anto. de But. post Petrum de bellaper. & Guliel. de Cugno in repe. c. si. nu. 17. de consue. Bat. in d. l. de quibus. nu. 14. quem sequitur ibi. Ias. nu. 41. ff. de legi.

2. Limita secundo, nisi consuetudo tendat contra ea quæ sunt reservata Principi: quia tunc requiritur tempus cuius initii memoria extat: ut in c. super quibusdam. in h. præterea, cum simil. de veteri. sig. Ita tenet Alex. in consil. vij. vol. j. Iacobi. in l. de quibus. ne. 2. ff. de legi. Porro quæ sint ea, quæ principi reservata sunt, tradidit per Bal. in l. rescripta. C. de preci. Impera. offeren. per glof. & doce. in c. quod translationem. de offic. lega. tex. in c. vnico. quæ sint. ga. in V fib. feu. Paul. de Cast. & ibi Ias. nu. 24. in l. j. ff. de offic. cu. Circa quam fallenriam vide quæ dixi in regu. xc. fallen. j.

3. Limita tertio, quando consuetudo detrahit iura alicuius ecclesie, quia tunc requiri entur xl. anni. Ita tenet Innoc. in c. cum dilecti. consuetudi. quem sequitur Abb. in d. nu. 11. Iacobi. in d. l. de quibus. Et licet secundum Abb. Inno. intelligat hoc, quando consuetudo venit ad detrahendum iura alicuius ecclesiæ particularis: secundum. veniret contra ecclesiam vniuersalem. sed Panor. dicit hanc rationem diuersitatis inter istos casus non esse bonam: quia non minus fauorable debet esse totum corpus ecclesiæ, q̄d aliquod membrum ipsius ecclesiæ. & illud dictum Abba. dicit esse notandum Iacobus. vbi supra nu. 10.

4. Limita quarto, ut non procedat, quando consuetudo contra ius est irrationalis, & sumus in foro civili: quia eo casu requiri entur ius. xxx. annorum. Tenet Bal. in c. j. qualij. seu. olim poterat alter idem

idem Bal. in c. cleric. de iudic. nu. 3. per glo. in l. domini prædictorū.  
in verbo, consuetudo. C. de agrico. & censi. libr. 11. quem sequitur  
Areti. in consi. 63. nu. 1. in fine.

<sup>5</sup> Limita quinto, quando consuetudo est contra legem, quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superiori: quia tunc requirit prescrip. xl. annorum. Ita tenet Abb. in c. j. nu. 4. in me-  
dio. de treu. & pace. quam opinionem conatur defendere Rochus  
de curte in tracta. de consuetu. nu. 203. sed in contrarium est com-  
munis opinio secundum eundem ibi: a qua opinione in practica da-  
sum esset recedere, vt ibi dicit.

## REGULA CXXXIX.

CONSUE T V D O, quæ est praeter ius, de iure Canonico, in-  
ducitur spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panormi. in c.  
fina. nu. 11. de consuetu. per gloss. in c. fina. eod. tit. lib. vi. in verbo,  
consuetudo, qnæ loquitur in consuetudine optandi, quæ solum de-  
cem annos requirit. & ita tenet Oldrad. in consi. cclxxxv. nu. 3. fa-  
cit etiā glo. in c. consuetudo. xij. distin. & in c. litigantes. in verbo,  
statuimus. de offl. ordi. libr. vi. & ita tenent communiter Doct. in d.  
c. fin. Abb. & Felin. in c. statuimus. de maiori. & obedien. tenet etiā  
Areti. in consi. xxiii. nu. 11.

<sup>1</sup> Limita primo, quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri  
aliquo ecclesiæ: quia tunc requiritur tempus xl. annorum. Ut in c.  
de quarta. de prescr. tenet Abb. post Innocen. in c. dilectus. de co-  
suetu. Felin. in d. c. statuimus. in j. limit. facit pro hoc quod dixi, su-  
pra in precedenti regula.

<sup>2</sup> Secundo limita, vt non procedat quando dispositio requirit con-  
suetudinem legitime prescriptam: quia tunc, licet non esset contra  
ius, requireret spatium, xl. annorum. facit text. d. c. fi. de consuetudi.  
& in c. Cumana. & ibi Abb. de electioni. & in c. non est putanda.  
de consuet. libr. vi. & in c. cum de beneficio. præben. eod. lib. ita con-  
suetudin. Roch. de Curte in tracta. de consue. nu. 245.

## REGULA CXL.

CONSUE T V D O cōtra ius, de iure Canonico requirit spatium  
xl. annorum. Quam regulam ponunt Abb. Ioan. And. & Docto.  
in c. fi. de consue. nu. 11. vbi assignant rationem: quia clerici inducē-  
do consuetudinem contra ius; quæ prescribunt contra legem su-  
perioris: ideo requiritur tempus, quod in prescritione contra cle-  
ricos vel ecclasiæ requiritur. & quare talis consuetudo requirat  
maius tempus quam consuetudo de iure ciuilis, colligitur ex doctri-  
na Inno. in c. cum dilectus. de consue. & ex Hosti. ibi: vbi referunt  
Rotam in decis. vi. in titu. de consuetu. in nouis. secundum nouam  
impressionem: & secundū antiquam in decisio. ccclx. Et præmis-

K sam